

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Virtvtvm Adeptione, Siue De Instrvmentis  
Assequendæ Virtvtis libellus R. P. Iacobi Alvarez De Paz  
Toletani è Societate lesv**

**Álvarez de Paz, Jacobo**

**Coloniae Agrippinae, 1615**

§. 3. De Timore.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46634](#)

## CAPVT IV.

75

necessitate, tanquam ad Patrem  
accurrat: in gremio tuo omnes mo-  
lestias, curasque rejciat, & non se-  
eundum utilitatem suam, sed secun-  
dum largitatem tuam & diuitias tu-  
as, ampla remedia omnium miseria-  
rum expectet. Amen.

## De Timore. §. III I.

**T**IMOR est fuga peccati, ne quis  
incurrat in temporalem aut æ-  
ternam pœnam, ne perdat glori-  
am, & ne labatur in sui creatoris offen-  
sam. Iste dicitur timor Domini.  
Quoniam Deum, & vltorem, & pec-  
catorū vindicem timemus, & in eius  
indignationē incidere formidamus.  
De quo David ait: *Venite filij, audite psal. 35.  
me, timorem Domini docebo vos. Non, 12.*  
inquam, docebo vos scientiam sœcu-  
larem, quæ sine timore inflat, sed ti-  
morem Domini, qui sine scientia  
saluat.

Incitamenta ad timorem sunt: I.  
Opera iustitiae Dei. Si enim Angelis  
peccantibus Deus non pepercit, (vt 2. Pet. 2.  
Petrus in sua Canonica ait) sed ru- 4.  
D a dentibus



76 DE VIRTUTE SPIRITUS.

2. Pet. 2.

4.

dentibus inferni detraictos in tartarum tradidit cruciandos, in iudicium reservari. Si primos parentes ob esum pomii ex Paradyso deiecit, & vniuersam eorum posteritatem ad vitam destinatam morte damnauit. Si tempore Noe omne genus humanum, & omnem animam viuentem aquis elusionis immersit. Si ciuitates Sodorum & Gomorrhæorum terribili igne consumpsit. Si innumerabiles peccatores, nunc vnum, nunc alium, ut ex historijs constat, subita morte suffulit, & ad eruditio[n]em nostram acerbissimas poenæ, quas in inferno patiuntur, aliquibus patefecit: Quid expectant miseri peccatores, qui habitant domos luteas, & terrenum habent fundamentum, si Dei manda ta præterierint?

Psal. 110.  
10.

II. Utile[ss]ima ipsius sancti timoris. Est namque timor, initium sapientiae, ut ait sanctus Dauid: *Initium sapientiae timor Domini.* Et Climacus ait: Ut Solis radius, domum per foramen ingressus, cuncta que in ea sunt, illuminat; ita timor Dominisi fuerit

in anima

in anima, cuncta ei peccata etiam minutissima ostendit. Est etiam exordium iustitiae, & expulsor peccati; iuxta illud: *Timor Domini expellit peccatum: nam qui sine timore est, non poterit iustificari.* Et Beda ait: *Difficile iustitia sine timore custoditur, quo iustus Deum quanto ardenter diligit, tanto solertius offendere cauet.* Et alio loco idem Eccles. ait: *Si non in timore Domini tenueris te instanter, cito subuertetur domus tua.* Est decor & pulchritudo omnium virtutum. *Quam magnus, inquit idem Sapiens, qui inuenit sapientiam & scientiam, sed non est super timentem Dominum.* Timor Dei super omnia se superponit. *Beatus homo, cui donatum est habere timorem Dei, qui tenet illum, cui assimilabitur?* Est tandem timor, gemma sanctorum pretiosissima. Vnde Iob: *Sed per, quasi tumentes super me fluctus, timui Deum, & pondus eius ferre non potui.* Et David sanctos adhortans ait: *Timete Dominum omnes sancti eius, Psalm. quoniam nihil deest timentibus eam.*

## III. Incitat ad timorem passio

D 3 Christi:

78 DE VIRTUTE SPEI.

Christi: Magnum quippè malum est peccatum, ac proinde maximè timendum, cui tam grauis & difficilis parata est medicina. Ad quod optimè

Iusti. in  
ligno vi-  
tæ tract.  
de Timo-  
re. c. 4.

Laurentius Iustinianus ait: Ex qualitate remedij facile cognoscitur vehementia languoris. Conspui namq; Christus voluit, vt nos lauaret: velari voluit, vt velamen culpæ & ignorantiae in cordibus nostris auferret: in capite percuti, vt caput nostrum, scilicet Adam, sanitati restitueret: colaphis cadi, & verberideri, vt nos labijs & operibus ipsum laudaremus: demum occidi iubetur, vi vulneribus nostris pretioso sanguinis ipsius balsamo medeatur. Fuisus est crux Medici, & factus est medicamentum frenetici. Agnoscamus igitur, quā gravia sint nostra vulnera, pro quibus nō cessē fuit, Dominum Iesum vulnerari.

Actiones timoris sunt: I. Intellec-  
tum ad Dei seueritatem & iustitiam  
considerandam, & ad grauitatē peccatorum cognoscendam acuere.

II. Vitæ anteactæ, ad euadendam  
poenā, & vitandā Dei offenditam, punire, ac pro ea debitè satisfacere.

III

## CAPVT IV

79

III. Omnia peccata non solum  
grauia, verū & leuia, & imperfectio-  
nes (pro posse) fugere: iuxta illud:  
*Qui timet Deum, nihil negligit, & mē-  
bra & sensus, & linguam ab omni actu  
illicito cohibere.*

IV. Aduersus tentationes confor-  
tari: Nam timenti Dominum non oc-  
current mala; & ut poenam ac Dei of-  
fensam euadamus, insultus dēmoais,  
virtutū exercitatione & auxiliij po-  
stulatione, protērere.

*Eccles. 33. 1.*

V. Sollicitè diuina mādata, ne Do-  
mino displiceamus, custodire, & Dei  
placita, hominum voluntatibus an-  
teponere.

VI. Deo per intimam & verissi-  
mam reuerentiam, tanquam vniuer-  
fali Domino, se submittere.

VII. Nostrum nihilū contéplari,  
facilitatem cadēndi, & gratiam per-  
dendi cognoscere, & infra oēs ho-  
mines, & in profundū vilitatis nos  
per propriam cognitionem deijcere.

Postulatio timoris. Domine Iesu  
Christe supra quem requieuit spiritus *Isa. 11. 2.*  
Domini, Patris tui, & cui<sup>o</sup> animā spi-

D 4 ritus

III

80 DE VIRT. CHARIT.

ritus filialis timoris repleuit, quo etiam corda seruorum tuorum abundantissimè reples, & per timorem ad amoris vehementiam & perfectionē intromittis: excita in cordibus nostris timorem castum, timorem sollicitum, timorem sanctum tuum, quo omnia tibi displicentia fugiamus, omnia tibi placentia aggrediamur, te diligentissimè reuereamur, & à cura bene operandi, & nostram salutem promouendi, nunquam cessemus. Amen.

DE VIRTUTE  
*charitatis.*

CAPUT V.

**C**HARITAS, postrema virtutum Theologicarum, non tantum illarum, verum & omnium virtutum perfectissima est, ipsarumque forma & finis, & mentis nostræ essentialis perfectio. Est formae arum; sic n. eam vocat Ambrosius, Amb. lib. quoniam illis vitam, & motum in 2. in Luc. vitam æternam impertit. Est finis, quoniam omnes virtutum actiones

in